

Spes.	Titulus VI.	117	Verbum,	Titulus I.	123
S. Spiritus.	Titulus VII.	ibid.	Verbum DEI.	Titulus II.	ibid.
S. Stephanus.	Titulus VIII.	118	Veritas.	Titulus III.	ibid.
Superbia, Superbus.	Titulus IX.	ibid.	Vindicta Divina.	Titulus IV.	124
	T.		Vinum.	Titulus V.	ibid.
Tentatio.	Titulus B.	119	Virgo Beatiff. MARIA.	Titulus VI.	ibid.
S. Thomas de Aquino.	Titulus II.	ibid.	Virgo Virginitas.	Titulus VII.	131
Timor DEI.	Titulus III.	120	Virtus.	Titulus VIII.	132
Tribulatio.	Titulus IV.	121	Vita.	Titulus IX.	134
	Alia.	ibid.	Vita Activa, & Contemplativa.	Titulus X.	136
SS. Trinitas.	Titulus V.	122	Vita bona.	Titulus XI.	ibid.



Titulus XII.	123	Titulus XII.	123
Titulus XIII.	124	Titulus XIII.	124
Titulus XIV.	125	Titulus XIV.	125
Titulus XV.	126	Titulus XV.	126
Titulus XVI.	127	Titulus XVI.	127
Titulus XVII.	128	Titulus XVII.	128
Titulus XVIII.	129	Titulus XVIII.	129
Titulus XIX.	130	Titulus XIX.	130
Titulus XX.	131	Titulus XX.	131
Titulus XXI.	132	Titulus XXI.	132
Titulus XXII.	133	Titulus XXII.	133
Titulus XXIII.	134	Titulus XXIII.	134
Titulus XXIV.	135	Titulus XXIV.	135
Titulus XXV.	136	Titulus XXV.	136
Titulus XXVI.	137	Titulus XXVI.	137
Titulus XXVII.	138	Titulus XXVII.	138
Titulus XXVIII.	139	Titulus XXVIII.	139
Titulus XXIX.	140	Titulus XXIX.	140
Titulus XXX.	141	Titulus XXX.	141
Titulus XXXI.	142	Titulus XXXI.	142
Titulus XXXII.	143	Titulus XXXII.	143
Titulus XXXIII.	144	Titulus XXXIII.	144
Titulus XXXIV.	145	Titulus XXXIV.	145
Titulus XXXV.	146	Titulus XXXV.	146
Titulus XXXVI.	147	Titulus XXXVI.	147
Titulus XXXVII.	148	Titulus XXXVII.	148
Titulus XXXVIII.	149	Titulus XXXVIII.	149
Titulus XXXIX.	150	Titulus XXXIX.	150
Titulus XL.	151	Titulus XL.	151
Titulus XLI.	152	Titulus XLI.	152
Titulus XLII.	153	Titulus XLII.	153
Titulus XLIII.	154	Titulus XLIII.	154
Titulus XLIV.	155	Titulus XLIV.	155
Titulus XLV.	156	Titulus XLV.	156
Titulus XLVI.	157	Titulus XLVI.	157
Titulus XLVII.	158	Titulus XLVII.	158
Titulus XLVIII.	159	Titulus XLVIII.	159
Titulus XLIX.	160	Titulus XLIX.	160
Titulus L.	161	Titulus L.	161



A.  
T I T U L U S I  
A C E D I A.

T I T U L U S II  
ADVENTUS CHRISTI DOMINI

**A**cedia comparatur de quo dicitur Judic. 1. quod amputavit manus, & pedes, septuaginta Regibus. S. Bonav. diet. Sal. tit. 1. c. 7.

**A**stus. Nota, quod diabolus, in quibus non invenit fidem Catholicam fortem, in illis sculpsit, & format, figuram asini acedia. Id. ibid. tit. 10. c. 5.

**Canis famelicus.** Comparatur otiosus cani famelicus. Id. 16. tit. 1. c. 7.

**Campus incultus.** Est otiosus sicut campus male cultus in quo insurgunt vepres malarum tentationum. S. Vincent. Ferr. f. 6. de acedia.

**Diluvius aqua.** Sicut diluvius aqua submersit Mundum, sic acedia suffocat otiosum. S. Bonav. ibid.

**Dæmon.** Desidia Dæmon, qui etiam *maritimus* vocatur, dæmonum omnium gravissimus est. Evagrius ad Anatolium de octo vitio cogitat. Est inter opera S. Joannis Damasceni impressa Parisiis 1577.

**Febris quartana.** Propter quadruplicem gradum peccati, scilicet cordis, oris, operis, & consuetudinis. S. Bonav. ib. in Prologo.

**Febris hectica.** Comparatur acedia febris hectica, vel pathetica, vel lassæ, vel paralyti. Id. ib. tit. 1. c. 7.

**Filix acedia suæ quindecim.** repiditas, mollietas, somnolentia, otiositas, distictio, tarditas, negligentia, imperseverantia, remissio, dissolutio, ignavia, indevotio, tristitia, ædium vitæ desperatio. Id. ib.

**Lapis pollutus.** Lapidis polluto exaquatus est piger. S. Antiochus de acedia hom. 36.

**Lethargus.** Comparatur otiosus homini lethargico. S. Bonav. ibid.

**Luna.** Septem planetæ significant septem vitia. Luna Acediam, propter mutabilitatem, propter pigritiam frigiditatem. S. Thom. Aqu. serm. 2. Dom. 10. Pent.

**Mater desperationis.** Atque tandem est radix & mater desperationis? ignavia inquam: imò quam quis haud ineptè nominaverit, non tantum radicem, sed vicium illius quoque & parentem, & alticem. Quemadmodum in cadavere tabes gignit vermiculos, quæ ab iis iterum augetur; ita & propemodum hoc loci. Nam ignavia desperationem parit; ab ea mutuo & illa nutritur: adeoque dum servant inter se execrabiles vices dandi; accipiendique & confirmantur in potentiam haud mediocrem; alteram itaque rescindens, alteram, quæ consequitur, facili opera concitiet. Numquam enim, qui torpescit, in desperationem proruet. S. Chryostomus ep. 5. ad Theod. laps.

**Morbis gravissimus.** Cassianus apud S. Joan. Damascen. parallelor. l. 1. c. 23.

**Nubes.** Quemadmodum nubes multo aqz humore concreta: ita Monachus spiritu agnatus Acedia. S. Antioch. de Acedia hom. 26.

**Paralyti.** Typus est torporis, quo piger jacet in mollietate carnis. S. Hier. apud S. Thom. in Cat. aur. super Marci c. 2.

**Salix.** Monachus acediosus nihil dissimilis comperitur virgultis deserti. S. Antioch. cit. Acedia comparatur salicibus, quæ sunt arbores infructuose - sic acediosi faciunt umbram diabolo & refrigerium. S. Vincent. Ferr. de proprietatib. & comparat. vitiorum c. 2.

**Scolari negligens.** acediosus comparatur. S. Bonav. cit.

**Utrix recte figurat Acediam.** Id. ibid.

**A**nus tertius Esther 1. Rex Assuerus corio Anno imperii sui fecit grande convivium. Rex ille significat Christum, qui non primo, vel secundo anno, id est, ante Legem, vel sub Lege, sed tertio, id est, tempore Gratia, fecit convivium. S. Thom. Opusc. de Sac. Alt. c. 29.

**Dies quinquæ.** Judith 6. Quinque dies spirituales venerunt ante adventum Christi. Primus dies fuit æterna Patris per ordinatio. Secundus Patris facta promissio. Tertius in Lege ipsius præfiguratio. Quartus ipsius à Prophetis prædicatio. Quintus ipsa Christi Incarnatio. De illis quinque potest intelligi illud Judith: *In diebus quinque respicit Dominus populum suum Israel.* S. Thom. l. 1. D. 35. Pent.

**Iter primum in Galilæam.** Mystice per hoc, quod Jesus bis in Galilæam accedit, binus Salvatoris adventus in Mundum ostenditur: primus quidem misericordiz, ut vino facti convivias exhilaret: secundus vero, ut filium reguli ad mortem penè deductum suscitet, id est, populum Judæorum. Origen. tr. 18. in Joan.

**Missio Jacob pro hædis.** Gen. 27. Rebecca loquitur ad filium juniorem: *vade ad gregem, & accipe mihi: vade dabo hædes;* præfigurans carnem Salvatoris adventum - quod autem dicitur jubetur adferre, duorum populorum significatur adiumpcio. S. Iudor. c. 23. in Gen.

**Pes.** Per pedes, & incessionem, adventum ipsius, & præsentiam accipimus. S. Joan. Damasc. Orthod. fid. l. 1. c. 14. Pedes filii Dei Incarnatio ejus intelligitur, quæ divinitati subiecta est, sicut capiti pedes. Calcamenta Domini nostri Christi mystice significant Incarnationem ejus: de qua dicit Pl. 107. *in Idumæam extendam calcamentum meum.* gressus filii Dei, adventus in Mundum, & regressus ejus ad Patrem. S. Hier. Summa de essentia Dei. Hæc Summa invenitur in operibus S. Bonav. in fine Tomi secundi, eique adscripta est: præter ibi probatur.

**Pluvia.** Christus Dominus in primo adventu sicut pluvia in vellus Gedeon descendit cum humilitate: in secundo adventu autem videbatur Filium hominem venientem in nubibus cum virtute magna, & gloria. S. Hier. apud S. Thom. in Cat. sup. 13. Marci.

**Processio Gedeonis ad Bellum.** Gedeon itaque ad prælium veniens Redemptoris nostri significat adventum; de quo scriptum est: *collige portas Principes vestras,* pl. 23. Gedeon namque interpretabatur circueius in utero. S. Iud. c. 5. in Judicis.

T I T U L U S III  
Æ T E R N I T A S.

**Æ**S. Aptè æneus Serpens ligno suspensus est; ut Dominus & in serpente mortuus, & in ære significaretur æternus. S. Iud. c. 20. in Num.

**Gemma corona est æternitas.** S. Thom. l. 1. in festo S. Stephanii. Quadruplex corona dabitur Sanctis. Argentea: quia clarum est argentum; erit corporis claritas. Stella: erit perfecta omnium Scientia. Gemma erit in omnibus illis æternitas. S. Thom. l. 6. de mortuis.

**Mans.** Dicitur æternitas. Id. in pl. 5.

**Murus Jerusalem.** Muri cœlestis Jerusalem sunt munimenta æternitatis, & immortalitatis; quam consecuti sunt Sancti per Christum. Id. in pl. 50.

Olfava dies, est futuri seculi tempus . S. Isid. c. 20. in Levit. Olfonarius idcirco adhibetur ; quia futuri avi figuram gerit . S. Joan. Damasc. cor. de transf. Dom.

TITULUS IV. AMICUS.

Dextera. Declinabit ad dexteram, per quam amici significatur-ad sinistram, inimicos-carnem brachii, id est, con sanguineos . S. Thom. in g. IJaiz.

Divitia. Nota, quod fidelis amicus est pretiosissimus genus divitiarum . S. Th. in l. 2. de consol. Phil. Boetii, profan 8.

Fons. Amicitia est fons omnium bonorum, omniunque donorum ; quz nobis à munificencia super cœlesti proveniunt . S. Bernardus Opusc. seu tract. de charit. c. 12.

Gloria. Amicitia est divitibus pro gloria, pauperibus pro censu, exulibus pro patria, imbecilibus pro virtute, ægrotis pro medicina, mortuis pro vita. Cassiodorus Prolog. lib. de amicitia, apud Lobbet. in Glor. Patr. S. Franc. Affis.

Manus. Manum nostram appellat necessarium amicum V. Beda apud S. Th. in Cat. sup. g. c. Marci. Si autem manus tua scandalizet etc. Matth. 18. Non de membris corporalibus hoc dicit, sed de amicis, quos in ordine necessariorum membro- rum habemus . Sancti Chrysoft. apud S. Thom. in Cat. sup. 18. Matth. In manu, & pede, amici designantur necessarii : in manu, propter opera ; in pede propter discursum . Haymo hom. in Festo S. Michael. Arch.

Oculus. dicitur Amicus . Ven. Beda apud S. Thom. in Cat. sup. g. Marci, Per oculum, amicum utilem, & consiliarium intellige . Haymo cit.

Pes. amicus dicitur, propter ministerium discursus . V. Beda cit.

Uera nostra, quibus à Domino lætamur, sunt prosperitates temporalium, & solatium amicorum, Quando videt DEUS, quod homines consulunt nimium in his, & allicitur ab his ; subtrahit ea, & ponit amaritudinem ; ut ponant in solo Deo spem suam . S. Thom. in pl. 30.

Hirundo. Alitare ad nos advolat, hyeme verò avolat . Ita infidus amicus . Plinius l. 10. c. 24.

TITULUS V. S. ANDREAS APOST.

Uba ea (est S. Andreas ; ) quam ut Christum moliretur, cruce quasi malleo, Evangelio quasi incude, quasi igne spiritui, novo ac veteri testamento, quasi ausim dicere, usus est follibus . Helychius Presbyr. Jerololym. or. in Sancti Andream.

Varia.

Andreas secundum Hebræam etymologiam interpretatur decorus, sive respondens : sermo autem aut Greco vitilis appellatur . S. Isid. Origin. l. 7. c. 9. Andreas interpretatur Fortitudo . S. Thom. in 4. Matth.

Fundamentum secundum Sapphirum congruit . S. Andrea Vverberus Itin. cœl. p. 3. diff. 1.

Quasi columna primùm affixus est in Ecclesia, & ante Petrum Petrus, fundamentique fundamentum ; primitiarum fuit principium-cam aperiens januam ( Christum ) quam fortassis non erat ingressus &c. Helychius ibid. Est propheta, quando dixit : venite & videbitis . Idem ibid. Ubinam manes ( Christe ) inquit Andreas ; ut in Aula Domini janitor siam-Andreas est benefactor Petri . Id. ib.

TITULUS VI. ANGELOUS.

Aspiratores Angeli sunt nostri invicti . S. Thom. in Apoc. c. 12. Amici sunt nostri . Id. in Cant. 6.

Amici omnium regis . Sophronius Archi-Ep. Hierof. Encom. de Sancti Angelis.

Apostoli. Vos estis Apostoli, Prædicatores, & Prophetæ, & Evangelizæ, & rerum divinarum interpretes . Id. ib.

Aqua. Firmamentum in Ecclesia scripturæ divinæ intelliguntur, quia cœlum plicabitur sicut liber . Aquas quasdam, quæ sunt Angeli, posuit supra firmamentum : quia Angeli non egent scripturis . S. Isid. Hispal. c. 2. in Gen.

Archibis/tri vitionantis Ecclesiæ sunt . Hervas discipulus S. Pauli l. 1. visione 3.

Arma Dei. Angeli dicuntur ; quibus utitur ad pugnandum contra malos . S. Thom. in pl. 34.

Cardinales Christi. Considerate, quia ibi ( in templo ) est Papa Jesus, & Cardinales Angeli . Quapropter debetis devote ; & compositè stare in choro ; quomodo staretis, si rex, vel Papa esset in vesperis . S. Vinc. Ferr. l. 7. D. in Albis.

Cælum. Dicuntur Angeli cœlum, propter omnimodam incorruptionem, & naturæ suæ puritatem : nihil enim habent corpulentia-quantitate sunt maximi, non per dimensionem, sed per virtutem, & potestatem-quantitate sunt lucidi sicut cœli, per scientiæ, & sapientiæ claritatem-figuratione sunt Sphærici per continuationis contemplationem affectus angelicus circulariter movetur in Deum ; & de Deo in proximum per dilectionem ; & iterum à proximo movetur in Deum per dilectionis extensionem . Apoc. 7. Stabant in circuitu, &c. S. Bonav. opusc. Eccl. hierar. p. 4. c. 1.

Creatio Angelorum. Creare potest dici seminare . Cogita, quod totus Mundus quasi sit unus campus ; quem DEUS seminavit . Et primo seminavit in cœlo novem sulcos, id est, ordines Angelorum de puro semine, scilicet substantiis spiritualibus- sed aliud semen cecidit secus viam-hoc semen fuit Lucifer, quia cecidit secus viam, id est, DEUM . S. Vincent. Ferr. l. 4. Dom. Sexagesi.

Defensores nostri. Adversarius iste . Matth. 5. bonus Angelus est, qui in malis nobis obstitit . S. Bonav. f. de S. Michael.

Diu quandoque dicitur ipsi Angeli . S. Thom. in Prologo Exposit. sup. ep. ad Hebr. propter abundantissimam reserulgiam divinæ charitatis . Deos vocat . S. Dionys. Arcopag. cœl. hier. c. 2. Videbitur Deus Deorum, id est, Angelorum, in Sion pl. 83. S. Vinc. Ferr. f. 3. D. 1. Adv.

Exercitus innumerus sunt Angeli . Sophronius cit.

Interpres Divinitatis, & tanquam præclara lumina ; quæ in aditis latentem indicant . S. Dion. Areop. c. 4. de divin. nom.

Flores Mundi illius sunt : quia eorum claritas Mundus ornatur, & bonum odorem Sanctificationis aspirant . S. Ambr. l. 7. in Luc.

Luna . Hodie illuminatur terra lumine solis, lumine lænz, & Stellarum . Sol Christus, Luna Angelus, Stellæ Mariæ ; quæ Stellæ interpretantur . S. Thom. Aqu. ferm. in festo Paschali.

Lux. Vidit Deus lucem quod esset bona . Gen. 1. id est, naturam Angelicam . Id. in festo omn. Sanct.

Maceria. Per Maceriam. Cant. 1. significatur angelicum præsidium . In caverna ergo maceris moratur ( Ecclesia ) quæ præsidio Angelorum undique circumdatur . Id. in Cant. c. 2.

Messor. Qui seminat bonum semen Filius est hominis ; ager autem est Mundus : bonum verò semen hi sunt filii regni, messores autem Angeli sunt . S. Greg. Magn. hom. 12. in Evang.

Ministeriales salutis nostræ. Sancti Cyprian. ad Corneliuum Patrem.

Montes. Angeli sunt montes . S. Thom. in c. 6. Apoc.

Musici Dei. Sophron. cit.

Naves, nauta. Sophron. cit.

Nubes. S. Dion. Areop. ext. hier. c. 15. f. 7.

Oves. S. Aug. in pl. 8.

Paranympus . Angelus Custos fidelis est inter animam, & DEUM ; paranympus ; non suam, sed Domini, qui tenens gratiam . S. Bernardus f. 31. in Cant.

Reiores septem Ecclesiarum Angelos vocat . S. Bonav. ferm. de S. Michael.

Reges, Duces, Nobiles, Barones Paradisi, associant eam (animam) & ducunt ad cœlum . S. Vinc. Ferr. fer. 4. in Epph.

Stella matutina . Apoc. 2. est Angelus Custos . In fine quando homo est in articulo mortis ; Deus mittit stellam matutinam, id est, Angelum ; qui ducit animam ad Christum sicut stella . Matth. 2. S. Vinc. Ferr. f. 1. in Epph.

Templum Dei. O felix Alleluia in cœlo l ubi templum Dei Angeli sunt . S. Augustin. f. 18. de Alleluia.

TITULUS VII. ANIMA SECUNDUM SE.

Adolescentula. Cant. 6. sunt Animæ . S. Thom. hic.

Ager . Homo, qui seminat in agro suo granum Sinapis, à perisquæ Salvator intelligitur, qui in animis Credentium seminat . S. Hieron. apud S. Thom. in Cat. aur. sup. Matth. cap. 13. Thesauri nomine Spiritualiter cœlestis patriæ amorem intelligere debemus-agere, in quo thesaurus absconditus invenitur ; nos fumus ; si tamen in nobis manet cœlestis desiderium . Haymo hom. in festo Virginis.

Agricola sum ovis tui errabunda . converte me in cautam tuam Domine . S. Ephr. f. in mulier. peccatric.

Aurum, & argenteus vas . In auro, & argento, ac veste Egyptianorum, significat sunt doctrinæ-five animæ pretiosæ-tanquam vasa argentea, & aurea, cum suis utique corporibus, quæ vestes significant . S. Isid. Hispal. c. 16. in Exod.

Belethem, omnis anima fidelis est . S. Ambr. l. 5. ep. ep. 18.

Camera, anima nostra est . S. Thom. ferm. 2. in festo Sancti Thomæ.

Cannabis. Quemadmodum cannabis, ac lini species, non est idonea, ut ex eo fila subtilissima fiant, nisi diutius elaboretur-sic & anima Deo devota multas tentationes subiens pu-

purior ad spirituales humilitatis, opificium redditur . Quemadmodum enim vas recens confectum, igneque non probatum, humanis inidoneum est usus : aut sicut infans ad res mundi tractantia ineptus est-ita etiam animæ, si divinx gratiæ sint effecta participes, dum nutriuntur dulcedine Spiritus, necdum variis probate tentationibus-non dum idoneæ ad regnum . S. Ephrem Tomo 1. de patientia.

Civitas est : cuius rex intellectus . Aponius l. 4. Com. in Cant.

Filia. Gentiles quidam dixerunt animas, maximi regis filias . Arnobius contra Gentes l. 2. in medio. Filia regis æterni . S. Vinc. Ferr. 5. de locati.

Imago Sanctissimæ Trinitatis . Ita fuscè probat S. Thom. opusc. de dilectione 16. aliàs 61. gradu 10. SS. Trinitatis impar imago est humana mens ; sed tamen imago . S. Aug. l. 10. de Trinit. c. 12. ibid. c. 11. docet, in eo consistere imaginem ; quia anima una habet memoriam, intellectum & voluntatem.

Infans. Vide superius Cannabis.

Hospes Corporis . Nobilem hospitem habes o caro! nobilem valde ; & tota salus tua pendet de eius salute . Da honorem hospiti tanto-diligenter attende, quid hospiti hujus tibi presentia largiatur : ipse enim est, qui tibi oculis visum Denique discifus ejus probat, quid presentia conferebat :

protinus enim anima decedente lingua silebit . Quæ res, quis rusticus, si forte nobiles & linguens quispian apud eum voluerit hospitari, non libenter in angulo Domus suæ-accubabit cedens hospiti suo locum, sicut dignum est potiorum? dic hospiti tuo : quia recordabitur Dominus tui, & restituat te in gradum pristinum ; & tu memento mei . Gen. 40. S. Bernard. l. 6. in adv. Don.

Lucerna. Mens hominis est quasi lucerna DEI accensa divino lumine . S. Thom. in pl. 17. Lucerna in nobis est intellectualis natura . S. Chrysoft.

Luna Comparatur Luna nocte splendenti : sic enim anima he convertens lux bono exemplo . S. Greg. M. Exposit. in Cant. cap. 6.

Lux. Anima est Corpori, quod Lux lucernæ, & Sol Mundo . Lobberius q. 3. de S. Philipp. Neri, §. 3.

Mulier inclinata ad terram Luca 13. quæ non poterat sursum respicere ; significat animam meritò corruptionis originalis culpa allectam ad terram, propter pronitatem ad malum . S. Bonaventura f. 1. D. 2. Adv. Hæc mulier fanatur in Sabbatho : quia in altera vita quietis primùm perfecti anima liberabitur ab omni vinculo concupiscentiæ, à peccato originali in homine relinqæ . Idem ib.

Nauta. Caro nostra est navis, & Spiritus est nauta . S. Bonav. diet. fal. tit. 1. c. 9.

Navigata . S. August. de temp. l. 67. Navis trium cooperturarum est quævis anima-in qua tres sunt potentiz quasi tres cooperturæ, scilicet memoria præteritorum, intelligentia præsentium, voluntas futurorum . S. Vinc. Ferr. f. 4. de omn. Sancti.

Neglectus animi . At tu quidem in tonsilino residens, & cæsarum detontens adhibito etiam speculo, multo cum studio, summaque cura, æqualiter consideras, & nitorem capilli-animæ verò nostræ, quæ non solum deformis est, verum etiam ferarum omnino conformis ; & quæ scylla aliqua, vel chimæra (in fabula celebrat) effecta est ; nihil pensi habemus : cum tamen hic quoque speculum paratum sit spirituale ; & longe illo utilius speculo, longaque lucidius . Hoc autem est, virorum memoria Sanctorum, & beatæ illorum conversationis historia, & generaliter Divinarum lectio scripturarum, positæque à DEO leges . S. Chrysoft. hom. 4. in Matth.

Nobilis Domicella, anima nostra est .-Stat innixa ad parietem, scilicet fidem Christianam ; quia sicut paries sustinet, & impedit visum ; ita fides Christiana est appodiamentum Christiani . S. Vinc. Ferr. f. de S. Antonio Abb.

Numisma . Nummus est anima, quem Dominus maximè in morte examinat, ut imaginem suam quærat . S. Bonav. l. 2. D. 12. Pent.

Oculus . Oculus hominis non illuminatur à Sole, nisi habeat directam operationem ad illum : ita anima ; si debet recipere lumen Divinum, debet habere directum aspectum ad DEUM . S. Thom. in Plal. 6.

Ofium est durium valvarum, cupiditatis scilicet, & timoris : per hæc duo omnia intrant in hominem . S. Augustin. Enarr. in Plal. 141.

Oslem . In Lucerna oleum, in corpore Anima . Pierius l. 46.

Ovis . Illa anima est quasi ovis ; quæ ad modum ovium innocentis nulla habet arma ad impugnamdum ; non cornua superbia, non calces violentiæ, non dentes crudelitatis, non ungues rapacitatis, non venenum malignitatis . S. Bonav. l. 1. D. 2. Pasch.

Palma. Anima decenter palmæ comparatur . S. Greg. M. in Cant. c. 7. Palma angusta est inferius, & superius lata, sic

anima, quæ vult ascendere ad DEUM, debet esse stricta ad voluptates terrenas &c. S. Vinc. Ferr. l. 1. D. Palmæ.

Paradisus DEI antea hominis est . S. Tho. opusc. de Sacra. Alt. c. 31.

Pastor. Duos Pastores quos dixit, spiritus, & anima intelliguntur ; terra autem homo ipse est . Arnobius Annot. c. 15. in Matth.

Paterfamilias iste (Matth. 24.) noster est animus . Haymo hom. in festo Ep. non Conf.

Plausstrum . Quid plausstri nomine, nisi unaquæque unius-cujusque fidelis anima designatur? cujus profectò plausstrum sunt utrumque testamentum . S. Greg. l. 3. c. 4. in c. 1. Reg.

Pretiosa res anima est . Arnobius contra Gentes l. 1. in fine.

Pupilla oculi dicitur anima : quia sicut pupilla, quæ est in medio oculi, circumdatur multis pellibus ad defensionem ; & homo opponit manum, & ferè omne quod habet, nè lædatur : sic debet homo facere pro anima . Quid enim prodest homini &c. Marci 16. Custodi me ut pupillam oculi, id est, ut Christum . S. Thom. in pl. 16.

Recrias . Animam fecit Recricem corporis . S. August. de adis cum Felice Manich. l. 2. c. 18.

Sedes Sapientiæ anima est . S. Bernard. de Charit. c. 35.

Sol. Eum cum Sole comparat Nemelus c. 3. de junct. an. & corp. Anima est corpori, quod lux lucernæ, & Sol in Mundo . Lobbet. de S. Philipp. Ner. §. 3. Anima de se in quantum est ad imaginem DEI, est pluchrior Sole . S. Vinc. Ferr. l. 1. de S. Joan. B.

Speculum . S. Dion. Areop. de Eccl. hier. c. 3. vocat animas Sanctorum Specula . Rationem dat S. Maximus sup. id. cap. dicens : Specula vocat animas Sanctorum, utpote Divinx lucis capaces .

Sitis . Ipsum desiderium sitis est anima . S. August. in pl. 54.

Somnus anima est oblivisci DEUM suum . Id. ib.

Tabernaculum . Cortinas tabernaculi, id est, ornatus animæ facies de bysso retorta, id est, de operibus poenitentiæ, jejuniis, orationibus, afflictionibus &c. S. Thom. opusc. de Sacra. Alt. c. 15.

Terra . Appendit terram super nihilum, id est, animam ; super humilitatis fundamentum . S. Bonav. diet. fal. tit. 7. c. 1.

Templum . Dicitur anima Templum DEI, quia in templo DEUS adoratur ; similiter in anima fidelis . Matth. 6. intra in cubiculum tuum, id est, secreta animæ tuæ, &c. Item ibi offeruntur sacrificia ; similiter in anima fidelis Pl. 50. Sacrificium DEO Spiritus contribulatus - Item, quia eam DEUS Sanctificat, & in eam descendit, sicut in templum . S. Thom. in pl. 10.

Thesaurus est anima, & ingens quidem . Lobbet. cit. §. 7.

Ventus . Subtilitate ventorum in sacro eloquio animæ designantur . S. Greg. M. sup. illud Job : fecit ventus pondus . l. 19. mor. cap. 4.

Vinea est anima, fides vitis, virtutes palmites, botri opera, devotio vinum . S. Bernard. f. 30. in Cant.

Virgultum . Per virgultum agri invisibilem Creaturam demonstrat intelligi, sicut est anima . Dicitur autem est virgultum propter vigorem vitæ, herba propter eandem vitam nunquam marcescentem . S. Isidorus Hispal. c. 3. in Gen.

Vita corporis anima, vita animæ DEUS est . Isidorus l. 1. de summo bono.

Voluntas . Oculus est ratio, anima voluntas, venter memoria . S. Thom. f. 3. D. 6. Pent.

TITULUS VIII. ANIMA SANCTA.

Adolescentula . Adolescentulæ dicuntur animæ electorum quia quò majoris fragilitatis sibi conscia sunt, eo amplius diligunt Christum . Sancti Thom. in Cant. l. 1. Quid per Adolescentulas, nisi animæ sanctæ designantur? S. Gregor. M. in Cant. 1. Adolescentulæ electorum animæ gratia baptismatis renovatæ sunt . Sancti Isidor. Hispal. in 1. Cant.

Agricultura Monachi ; anima bona Evangelicæ fructificans . S. Ephrem Pareni. 1.

Altare DEI. Quid est Altare DEI, nisi mens benevolentium? - Ubi ex merore compunctionis ignis ardet, & caro consumitur . S. Greg. hom. 22. in Ezech.

Amica Christi . Propter fidem Christum Sponsam suam ( id est, animam sanctam ) amicam vocat : sine fide enim impossibile est placere DEO . S. Gregor. M. in Cant. cap. 2. Amica fit agnoscendo DEUM ; formosa Christi humilitatem servando ; columba, nihil de terrenis cupiditatibus requirendo . Aponius l. 4. Com. in Cant.

Arcola . Per arcolum (de qua Cant. 6.) anima cujusque fidelis intelligitur . S. Thom. in Cant. c. 6.

Arca Noe est anima sancta tricaemerata fide, spe, charitate . S. Bonav. in pl. 67.

**Arca Testamenti.** Quid est mens iusti, nisi arca Testamenti? quæ gestata à bobus calcitrantibus inclinatur: quia nunquam etiam qui bene præest, dum subjectionem populorum confusione concutitur, ad dispensationis condescensionem ex sola dilectione promovetur: sed inclinatio fortitudinis casus putatur imperitæ. S. Greg. mor. l. 5. c. 10.

**Arida** est anima fictici DEUM. S. Isidor. c. 2. in Gen.

**Aurora**, mens iusti est; quæ peccati sui tenebras defrens ad lucem jam erumpit æternitatis. Sanct. Greg. mor. l. 16. c. 29.

**Carbo igneus**, niger non est; imò candens, & lucidus: sed quando extinguitur, niger efficitur. Sic anima amore DEI ignita; & pulchra, & lucida est. Ezech. 1. *Apostolus eorum quasi ignis carbonum ardentium.* S. Bonav. f. 2. in Cœna Domini.

**Columba Noetica.** Columba, quæ non inveniebat, ubi requisieret pes ejus. Gen. 8. rediit ad arcam. Sic debet anima non inveniens requiem mentis foris, redire ad conscientiam interioris. Id. f. 2. in Epiph. Dom.

**Convallis.** Convallis significat humiles mentes, quorum lilius Christus est. S. Tho. in 2. Cant.

**Cella vinaria** debet esse anima nostra, ignisque divini receptaculum. S. Bernard. opusc. de Char. c. 40.

**Cera.** Per Puerum (de quo 4. Reg. 4.) fidelis anima, per Elisæum Dominum figuratur: qui sicut figillum ceræ, sic se conjungit animæ; oculos suos super oculos ejus ponit; quia intellectum illuminat: carnem calcificat; quia affectum charitate inflamat. os super os ponit, quia gustum memorie dulcedine spiritali delectat: manus super manus ponit; quia in bono opere usque in finem conservat; & sic totum hominem perficit. S. Thom. opusc. de Sac. Alt. c. 22.

**Civitas.** Moraliter civitas anima, plena populo bonarum affectionum, domina gentium, vitorum; princeps provinciarum, sensuum; desolata bonorum suffragiis; vidua sponsi amplexibus; sub tributo vitorum. S. Thom. in 1. Thren. Jer. Hac est, quæ edificatur ut civitas: hanc civitatem non edificat avaritia, sed destruit; non edificat libido, sed exurit; atque incendit. Vis tamen edificare civitatem? *Malus est exitum cum DEI timore.* Proverb. 15. Ambros. l. 7. epist. ep. 44. Sicut Jerusalem dicitur edificata sicut civitas; ita sunt animæ pacificæ. Id. l. 8. in Luc. Nota, quia anima est civitas summi Regis sed Israelitæ-obsident hanc, id est, diaboli. S. Bonav. in pf. 18.

**Cibus DEI.** Quid autem animas hominum, nisi cibum Domini dixerimus? quæ ad hoc sunt condite, ut in ejus corpus trahantur. S. Greg. hom. 17. in Evang.

**Calum.** Spirituiter sanctas animas cœli nomine significat; & terræ, peccatrices. S. Aug. de Ser. Domini in monte L. l. c. 17. Cœlum est animajuli. S. Thom. inc. 8 Apoc.

**Collis, Mons.** In thure sancta devoto orationum accipitur: mons ergo myrthæ, & collis thuris, sunt excellæ animæ Sanctorum per contemplationem. S. Thom. in c. 4. Cant.

**Columba.** Fidelis anima habet quatuor pennas, scilicet timorem, poenitentiam, spem, & amorem. Lobbet. Glor. Patriarch. q. 2. de S. Brunone.

**Curus DEI.** Sanctæ animæ curus nomine intelliguntur. B. Paulus Diaconus tom. 15. Bibl. PP. Parisiis, 654. Anima curus est DEI, ut ira ejus, & libido, & timor, & omnes sæculares concupiscentiæ refranentur. S. Ambr. f. 2. in pf. 118.

**Dynus DEI,** mens est, & conscientia fidelium. V. Beda apud S. Thom. in Cat. aur. sup. r. 1. Marci.

**Equitatus** Cant. 1. Nec miraberis, unam animam equitatus multitudini similitatem: *equitatus mo. O.* si advertas quantum in ipsa una, quæ tam sancta anima sit, virtutum acies habeantur; quanta in affectionibus ordinatio: aut si id tibi non placet; noveris, hujusmodi anima nunquam esse sine Angelorum custodia- Ergo Angelicis sulca ministris, & superno Ripata agmine, sponsa incensens similis est equitatus Domini: illi utique (populo Israel) qui quondam in curribus Pharaonis tam stupendo divini adjutorii miraculo triumphavit. S. Bernard. f. 39. in Cant.

**Ficus DEI,** est anima sancta Joan. 1. hujus cortex est humilitas; decorticatur, dum humilitate spoliatur: albi sunt rami ejus; quia ostensa ejus opera humanis oculis candescunt; sed & arefcunt. S. Greg. mor. l. 8. cap. 37.

**Filius regis,** est anima fidelis, pf. 44. S. Bonav. diet. sal. tit. 5. c. 1. Filia principis. Ratio illius est: quia sicut filia principis in die nuptiarum vadit coram sponso nobiliter associata Baronibus, militibus, & scutiferis: sic anima bona, & sancta, Angelis. *Authoritas: quid videbis in Sunamitide, nisi choræ castorum.* Cant. 7. Nota: Sunamitis interpretatur *moresciferata.* S. Vincent. Ferr. l. 3. D. 1. Adv. Animæ sunt filie Jerusalem. S. Isid. Hisspal. in 1. Cant.

**Ferum ignitum.** Sicut ferum ignitum est tractabile; ita anima charitate plena. S. Bonav. diet. sal. tit. 5. c. 2.

**Framæ** pf. 34. Potest intelligi, vel vindicta DEI, vel anima Christi, vel quilibet iustus, qui sunt gladius DEI contra malos. S. Thom. in pf. 37.

**Habitatio DEI.** Anima viri iusti, & virtuosus, est habitatio

DEI; locus gaudii, locus lucis, & locus ordinati amoris. S. Bonav. cit. tit. 5. c. 1.

**Hortus.** Unaqueque sancta anima hortus conclusus esse intelligitur. S. Greg. in cap. 4. Cant.

**Jerusalem** nostram animam dicimus; si tamen rex pacificus requiescit in ea. Arnobius in pf. 64.

**Lapis politus.** Ad cuius (cœlestis templi) ædificationem Electorum animæ, quasi quidam expoliti lapides deferuntur. S. Isid. Hisspal. Com. in 3. Reg. 2.

**Lignum.** Quemadmodum lignum plantatum secus decursus aquarum; ita etiam anima divinx Scripturæ fluentis irrigata magnatur; fructumque tempelivum, id est, rectam fidem profert; ac perpetuò virentibus foliis, id est, DEO gratis actionibus exornatur. S. Joan. Damasc. Orthodox. fid. l. 4. cap. 18.

**Lilium.** Lilium, quamvis pungatur à spinis, candorem tamen retinet; fortiores emittens odorem, quam si non pungatur. Sic anima sponsa DEI, quamvis pungatur: candorem bonæ conscientie; & bonæ famæ odorem, servare conatur. S. Albertus M. parad. an. cap. 4. de Patientia. Lilia, sanctæ sunt animæ. S. Thom. in c. 4. Cant. Quid per lilia, nisi mundæ animæ designantur? S. Greg. M. in cap. 2. Cant. Lilia sunt animæ beatæ, & castæ. S. Thom. opusc. de Sac. Alt. cap. 3.

**Luna.** Comparatur Lunæ nocte splendenti: sic enim anima se convertens vivit bono exemplo. S. Gregor. in Cant. cap. 2. Animam S. Engelberti M. & Archi-Ep. Colon. vidit S. Hermannus in specie Lunæ ad Cœlum ire. Author vitæ S. Hermann c. 30.

**Margarita.** Anima sancta, in hac vita est velut margarita in sterquilino. S. Greg. hom. 40. in Evang.

**Mons.** Exaltate montes, hoc est, ratione prædicte naturæ; quæque ad spiritualis contemplationis fastigium affurgit. S. Joan. Damasc. orat. 1. de Nar. B. V. Montes excellæ anima sunt, colles parvulæ sunt. S. August. tr. 1. in Joan.

**Murus.** DEI Murus, est anima sancti. Habet & Ecclesia Muros suos: quæ jam perfectior dicit: *Ego civitas munita.* S. Ambros. f. 2. in pf. 118.

**Myrrha.** Per has ergo arbores (myrrham & aloes) designantur carnis continentia, & castimonia: nam putredo luxuriam solet designare. In Horto ergo Ecclesiæ sunt myrrha, & aloes, hoc est, montes castæ. S. Thom. in cap. 4. Cant.

**Navis Tharsis,** anime pie sunt, ferentes Salomoni ad templum necessaria. S. Ambr. Enarrat. in pf. 1.

**Palma.** Significat animam cuiusque fidelis, quæ memor est Domini; qui dicit Joan. 16. *Ego vici Mundum.* S. Thom. in cap. 7. Cant. Palma angusta est inferius, & superius lata: sic anima, quæ vult ascendere ad DEUM, debet esse stricta ad volupates terrenas. S. Vinc. Ferr. l. 1. Dom. palmar.

**Ramus.** Sicut ramus, in quo pendet fructus, & sic ipsa pleno grano: sic anima humilis, quæ est onusta fructibus bonorum operum - & plena granis virtutum. S. Bonav. diet. sal. tit. 7. c. 1.

**Rebecca.** Nota, quod per Rebecca potest mysticè intelligi quælibet anima, Christo filio DEI Patris desponsata, per intermediam procuratorem Angelorum. S. Thom. in c. 24. Gen.

**Regina.** Quid per Reginas Cant. 6. nisi Sanctorum animæ designantur? S. Greg. in c. 6. Cant. Regine, id est, iustorum animæ beatam te dixerunt (Mariam) S. Joannes Damasc. or. de dormit. B. V.

**Sedes Dei;** anima iusti est. Sap. 1. & 2. Sedes mentes iustorum sunt, in quibus Christus quiescit. S. Tho. in cap. 4. Apoc.

**Sepulchrum Christi,** anima fidelis est. Drogio Ost. f. de Pass. Dom.

**Sindon.** Sindone munda involvit Jesum, qui pura mente eum suscipit. Glossa. In tribus verbis, quæ perducunt corporale linteum ad candorem, intelliguntur tria, quæ faciunt ad nostram mundificationem. 1. Enim lavatur. 2. torquetur, excrucatur - 1. debet lvari per aquam lacrymarum; 2. per opera poenitentie torqueri, &c. De primo Ex. 30. *Lavabunt Aaron, & filii ejus manus, & pedes;* id est, opera, & cognitiones; aqua compunctionis; & confessionis pf. 31. *Lavabo lectum meum;* id est, conscientiam meam. De secundo Ex. 26. *Corinas tabernaculi;* id est ornatus animæ; *factus de bysso rectora;* id est, de operibus poenitentis, jejuniis, orationibus, afflictionibus, &c. S. Thom. Opusc. de Sac. Alt. c. 15.

**Sion.** Sit ergo Sion anima nostra, ut deceat hymnum in ea dici Arnob. in pf. 64.

**Sole amilla.** Anima contemplativa est mulier bona amilla Sole. S. Bonav. opusculum. Eccl. f. 22.

**Superliminare** Ex. 12. Significat mentem fidelis. S. Thom. Opusc. de Sac. Alt. c. 30.

**Templum.** est anima iusta; in qua DEUS per gratiam. S. Tom. in pf. 17.

**Vas tabernaculi.** Quid per vasa tabernaculi, nisi fidelium animæ designantur. S. Isid. Hisspal. in Num. c. 6.

Virgula

Varia de Anima.

**Virgula sumi,** anima sancta DEUM amans: gracilis est, & delicata: dilectissim Spiritus Sancti extenuata; non habens grossitudinem carnalium desideriorum. S. Thom. in cap. 3. Cant.

**Virgines quinque sapientes,** omnes animæ sanctæ intelliguntur. S. Isidor. alleg. novi Testam.

**Volucula Cati.** Facta sunt & volucula; id est, animæ sanctæ ad superna volantes. Id. cap. 2. in Gen. In illis etiam (ramis Apollinis) volucres requiescunt; quia sanctæ animæ; quæ quibusdam virtutum pennis à terrena cogitatione se sublevent, in eorum dictis, atque consolationibus, ab hujusmodi fatigatione vite respirant. Sanct. Gregor. lib. 19. mor. cap. 1.

**Urna aurea,** cor nostrum, quæ suscipit Christum, debet esse. S. Thom. cit. c. 15.

T I T U L U S I X.

ANIMA PECCATRIX.

**A**byssus dicitur cor peccatoris, peccati caligine tenebrosus; cuius angelus est diabolus. S. Thom. in c. 9. Apoc.

**Æneïssa.** Ezech. 24. Sermo divinus æneïssa peccatricem animam comparat. S. August. hom. 16.

**Agnicula** sum ovillis tui erabunda; converte me in caulam tuam Domine. S. Ephr. f. in mulier. peccat.

**Aranea.** Tela araneæ est fragilis; ita cognitiones peccatorum sunt vanæ. S. Thom. in pf. 38.

**Arida manus.** Homo habens manum aridam significat animam minimè operibus fructuosam, S. Isid. Hisspal. in alleg. novi Testam.

**Babylon.** Civitas Babylonis quælibet anima (vana) S. Thom. in II. 24.

**Civitas.** Moraliter civitas anima, plena populo bonarum affectionum; domina gentium, vitorum; princeps provinciarum; sensuum; desolata bonorum suffragiis; vidua sponsi amplexibus; sub tributo vitorum. S. Thom. in 1. Thren.

**Columba** tua ego sum - rapta ab accipitricē calidissimo, atque sævissimio; ait anima peccatrix, & convertens se, apud S. Ephrem. f. in Mulier. peccat.

**Dæmoniaca.** Matth. 15. Moraliter per istam dæmoniacam intelligitur anima peccatrix. S. Thom. f. 2. D. 2. Quadrag. Si quis habet conscientiam alicujus vitii forte pullatam, filiam habet malè à dæmonio vexatam. Rabanus.

**Dina.** ut mulieres videt extraneæ regionis, egreditur, quando unaqueque mens - extra ordine proprium evagatur; quam Sichen princeps terræ opprimit. S. Isidor. Hisspal. c. 28. in Gen.

**Drachma.** Mulier, quæ perditam reperit drachmam. Ecclesia est; per drachmam anima peccatrix intelligitur. Id. in alleg. novi Testam.

**Filia diaboli,** violatrix templi Spiritus Sancti, quid de te dicam? ita alloquitur animam peccatricem. Goffrid. Abbas Vindocinensis Opusc. 15.

**Imago,** quam DEUS depinxit, est anima, ad similitudinem suam - sed peccator superinducit maculam peccati. S. Vinc. Ferr. f. de S. Joan. ante port. lat.

**Infernus** anima peccatrix dicitur. S. Bonav. diet. sal. tit. 5. cap. 1.

**Judas.** Moraliter anima, quæ DEUM confiteri debet, migravit ad vitia, inter gentes vitia, vel dæmones. S. Thom. in 1. Thren.

**Leucis** accipiendæ sunt tamquam vage, & salientes animæ in seculi voluptates. S. Isid. Hisspal. c. 14. in Ex.

**Moratrix** est, quæ ad se recipit dæmones. Id. Comment. in Levit. c. 12.

**Qlla.** Anima peccatrix dicitur propter concupiscentiæ fervorem. Job 40. Mich. 3. Nahum. 3. S. Thom. in cap. Jerem. Anima peccatrix dicitur olla - Notandum, quod prædicta olla succenditur igne inordinati amoris. Psalm. 79. *Inventa ignis, O. itæ,* & contentionis. If. *Ecce omnes vos.* O. Id. ibid.

**Paralyticus** jacens in lectulo, anima est vitii desolata in corpore suo. S. Isidor. in alleg. Anima aggravata vitii quid aliud est, quam torpore paralyticus? Hildebertus Turonens. Archi-Ep. ferm. Synodico in Luc. 12.

**Perdix,** à diabolo capta perdici similis est: quia sicut aucupes per captam perdicem alias allicet, & capit; ita per animam, &c. S. Ephr. Syr. tom. 1. de recta viv. rar. cap. 22.

**Via.** Est mens, assiduo malarum cogitationum motu trita; ne verbi semen in ea germinare sufficiat. V. Beda apud S. Th. in Cat. aur. sup. c. 4. Marci.

**Viscus.** Obligata anima amore terreno quasi viscum habet in pennis. S. Aug. in pf. 122.

T I T U L U S X.

ANIMA, ET CARO.

**A**dam animam, Eva carnem, signat. S. August. Conc. 1. pf. 48.

**Cymbalum jubilationis,** sunt anima, & caro. S. Vinc. Ferr. l. 4. de om. SS.

Facies

**Facies dua.** Anima nostra duas habet facies; unam versus DEUM, secundum rationem; aliam versus carnem, secundum naturam sensitivam, quae tantum naturalia comprehendit. S. Thom. in pf. 10.

**Haec, & Rebecca.** Sciendum, quod in illa figura Gen. 27. Dominici Corporis quatuor erant personae, scilicet Isaac & Rebecca, quasi masculus, & foemina, significant duas naturas in nobis, Corpus, & Animam. Masculus, qui magis solet esse manifestus, & exterioribus plus intendit, significat exteriorem hominem, id est, Corpus cum suis sensibus. Foemina, quae domi residet, & familiam regit, interiorem hominem, id est, Animam, quae saluta fuz, & aliorum gerit curam. Sancti Thom. Opusc. de Sac. Alt. c. 7.

**Scula erecta nostra vita in seculo.** Latera hujus sculae dicimus animam, & corpus esse. S. Benedictus in Regala sua, cap. 7.

**Vitulus, & ursus, pascentur simul.** If. 9. Vitulus significat Corpus, quod in sacrificio Deo est mandandum: ursus spiritum - hi pascentur simul, scilicet vero cibo, id est, carne Christi. S. Thom. ib. c. 7.

TITULUS XI.

ANTI-CHRISTUS.

**Bimblech.** Per rhamnium merito typus Anti-Christi significatur-ignis de rhammo - iniquitates de Anti-Christo Abimelech tenet typum Anti-Christi, &c. S. Id. cap. 6. in Judic.

**Aquilam sub Nabuchodonosor vel Anti-Christi figura plangit** (Ezechiel) Id. lib. p. 20.

**Antiochus.** In Daniele multa dicuntur de Antiocho in figura Anti-Christi: unde ibi quodam leguntur, quae non sunt in eo completa; implebantur autem in Anti-Christo. S. Thom. in Prologo Expof. in psalmos.

**Barabbas** significat Anti-Christum. S. Id. Id. in alleg. novi Test.

**Cornu.** De Anti-Christo ostendit, quod ipse sit cornu pusillum, id est, parvo tempore regnaturus. Idem liber. p. 20.

**Dan.** Per Dan ideo Anti-Christus signatur; quia non de libertate gratiae oriatur, sed potius de ancilla, cupiditate scilicet, & ambitione. S. Thom. in 49. Gen. Dan Anti-Christum significat. S. Id. in c. 31. in Gen.

**Daog,** id est, Anti-Christus; qui commovebit in fine Mundi terrenos. S. Thom. in pf. 51.

**Hyeme.** Hyeme atque quod dixit, tempus capiendi homines offendit. Oremus, ut saeculum fugere possimus; ne ab Anti-Christo, velut ab hyeme, aut Sabbato, praecipitemur. Arnobius c. 26. in Matth.

**Hermagedon** interpretatur mons furum, vel globosus, vel confarratio seclium iniquorum; & signat Anti-Christum. S. Thom. in c. 16. Apoc.

**Impius.** Interficiet impius, id est, Anti-Christum. Id. in c. 11. Isai.

**Leo Super Aspitem, & Basiliscum,** &c. pf. 90. Aspitem dixit mortem, Basiliscum peccatum, Leonem Anti-Christum, Draconem diabolum. S. Id. cap. 5. in Gen. Leonem, & ursum David necavit; ursum videlicet diabolum, Leonem Anti-Christum (scilicet David praefiguratus) Id. c. 9. in 1. Reg.

**Tenebra.** Christus lux est, tenebrae autem Anti-Christus Arnobius in c. 7. Joan.

TITULUS XII.

APOSTOLI.

**Agriola.** Homo, qui vineam plantavit, DEUS est, qui condidit Jerusalem - Coloni, autem quibus vineam locat populus est Israel. Servi missi, & interfecti, sunt prophetae, Filius novissime missus, est Christus. Illi autem agricolae, ad quos vinea transferri praecipitur, significant Apostolos, vel Successores Apostolorum. Sancti Id. Id. in alleg.

**Aqua tenebrosa.** Dicuntur Apostoli in comparatione ad sulcogrem, id est, Christum. S. Thom. in pf. 17.

**Aquila sunt.** S. Joa. Damasc. orat. 2. de Assumpt. B. V.

**Arbor.** Quidam Apostolorum in Romanam, & quidam in Indiam, quidam in alias terrae partes sunt divisi, sicut rami. Theophylactus apud. S. Thom. in Cat.

**Arietes gregis.** S. Aug. ep. 89. ad Hilarium. Per altare significat fides, per arietes duces gregis, Apostoli. S. Thom. in If. 60. **Afferre Domino filios arietum,** id est, agnos. Myltic arietes sunt principes gregis, id est, Apostoli; filiorum sunt fideles. Id. in psal. 128. Arietes sunt Apostoli, qui (quasi arietes) gemino cornu, id est, scientia utriusque Testamenti adversarios haereticos veniant. S. Bonav. in pf. 28.

**Athleta Domini.** Euseb. Caesar. hist. l. 2. c. 53.

**Bigi Trinitatis** facti sunt Apostoli, quando bini, & bini missi sunt. Marci 14. S. Chrysol. l. 170.

**Boves** intelliguntur Apostoli, qui nobis Scripturas Sacras dispensaverunt. S. August. apud S. Thom. in Cant. Bokus Apostolos comparavit propheta Isaias. Casarius Dialogo 4. interrogat. 192.

**Candelabrum.** Marci 4. Apostoli sunt, quos illuminavit Verbum DEI. S. Hieron. apud S. Thom. in Cat. hic.

**Capilli** sunt. Drogio Oil. f. de Pass. D.

**Cedrus.** Sicut cedri omnibus aliis arboribus praeminent; ita Apostoli, &c. S. Vinc. Ferr. ser. 2. D. Palm.

**Cervi** sunt, praefigurati in Nephthalim, & Zabulon. S. Id. c. 31. in Gen.

**Corona Christi.** Corona est signum Regiae dignitatis - de lapide pretioso, id est, de Divinitate; quia regnum eius non est de hoc Mundo. Vel Corona de lapide pretioso sunt Apostoli; qui dicuntur lapides pretiosi, propter pretiositatem doctrine - Unde ceteris Apostolorum est quasi corona Christi. S. Thom. in pf. 20.

**Caelum.** Apostoli sunt caelum. S. August. in psal. 18. **Annuntiabant caeli,** id est, Apostoli caelestis. S. Thom. in psal. 21. Per caelos Apostoli, per Solem Christus intelligitur & dicuntur caeli propter subtilitatem conversationis, Philipp. 3.

**Nostra conversatio in caelis est.** Item Mellati, propter multarum virtutum abundantiam - Lucidi, propter doctrinam, & exemplum - Volubiles 2. propter obedientiam, & discursum praedicationis. S. Thom. in pf. 18. **Caeli facti sunt Apostoli,** habentes in se Solem Justitiae, & merita in modum stellarum. S. Chrysol. adv. haeret. Per caelos intelliguntur Apostoli propter tria 1. Propter motum continuum. Joann. 15. 2. Propter Ordinem. Job 38. 33. 1. Cor. 14. 3. Propter Concordiam. Job 15. S. Thom. f. in Vigil. Pent. **Annuntiabant caeli.** Pl. 49. Officium Apostolorum est annunciare; & hi designantur per caelos. Unde caeli, id est, Apostoli annuntiabant justitiam DEI. Et dicuntur caeli; quia ipsi eminent omnibus choris Sanctorum, & illuminant totam Ecclesiam. S. Thom. in psalm. 44. Istos caelos (Apostolos) ornavit Spiritus Domini stellis: ornamentum enim caelorum stellae sunt. Eccl. 43. **Spiritus caeli;** Or. Possit enim in eis quinque ordines stellarum. 1. Ordo, virtutes Theologicae. 2. Virtutes politicae. 3. Septem dona Spiritus S. 4. Octo beatitudines. 5. Duodecim fructus Spiritus S. Id. f. in Vigil. Pent.

**Columna Ecclesia;** **Cornu ejus columna marmorea,** Or. Significans columnas esse Ecclesiam Apostolos; qui fundati sunt in timore sancto. S. Ambros. l. 5. in pf. 118. **Ego confirmavi columnas ejus;** id est, Apostolos Ecclesiae. S. Thom. in 2. Gal. lect. 2. Jacobus, Cephas, & Joannes; videbantur Paulo **columnas** esse ad Gal. 2. Id. ib. Firmamentum Ecclesiae? qui nisi Apostoli; qui etiam alibi columnae nuncupantur. S. August. ep. 110. ad Honoratum. Columnae Ecclesiae, S. Antiochus in laura Sancti Sabae hom. 88.

**Columna.** Apostoli simplices sunt columbae, & sicut oves in medio luporum. Matth. 10. S. Thom. in pf. 8. Dicuntur columbae 1. propter cordis compunctiorem. Nubum 2. gementes ut columbae. 2. Propter vitam simplicitatem. Matth. 10. **Simplices sicut Columbae.** 3. Propter contemplationis altitudinem; vel velocitatem. pf. 34. **quis dabit michi pennas sicut Columbae?** 4. Propter conscientiae puritatem. Cant. 5. **Oculi tui sicut Columbae,** &c. Idem in 60. Isai.

**Cornu** Apostoli pro cura sponfi designantur. S. Greg. sup. Cant.

**Dies** Apostoli dicuntur dies. Et hoc est, quod dicit (David) dies, id est, Apostoli, eruclant verba Divinae Sapientiae diei, id est perfectis. 1. Cor. 2. Scientiam loquimur inter perfectos. S. Thom. in pf. 18.

**Divites.** Fictis (dixit Christus Discipulis suis) absque argento divites, absque medicamento totius orbis terrae eritis medici. Hefych. Presbyt. Hierosolym. or. in Sancti Andr. Apofl.

**Duodecim anni.** Mulier in profluvium sanguinis conversa, Ecclesia - vestimentum autem ejus, quod tetigit, Corpus Christi - duodecim anni Apostolorum numerum demonstrant. Arnobius c. 13. in Matth.

**Duodecim boves.** Quid aliud per duodecim boves (3. Reg. 6.) quam duodecim Apostolos credimus designari? Labrum autem orbem terrae intelligimus; cuius ambitum lustraverunt Apostoli. S. Id. c. 2. in 3. Reg.

**Duodecim cophini.** Per cophinum significatur opera servilia; & mundata sterora 2. terram portare, cophino sit. Duodecim cophinos bucellarum impletur: quia abjecta hujus Mundi elegit; ut confundat fortia. S. August. in psal. 80. Per duodecim cophinos duodecim Apostoli figurantur. Sancti Gregor. l. mot. 16. cap. 23. apud S. Thom. in Cat. sup. cap. 6. Marci.

**Duodeca jugum.** O bonorum equorum duodeca jugum mirabile! quibus freno pacis, habende sunt charitatis; & constricti inter fe concordae vinculis, & jugo fidei subiecti, quatuor

tor rotis Evangelii myserium totius orbis finibus invenientes, bonum aurigam portantes Verbum DEI: cuius flagello fugatae sunt illicebrae saeculares iustorum cursus impletus est. S. Ambr. f. 4. in pf. 118.

**Duodecim Patriarchae.** Genes. 40. **Duodecim Pontes.** Exod. 15. **Duodecim Lapidet.** Jos. 4. figurae sunt duodecim Apostolorum. S. Chrysol. l. 170.

**Duodecim Lapidet.** Jos. 4. Tulit autem JESUS duodecim lapides, & posuit in Jordane, ex ipso Jordane tulit alios duodecim, & fixit in loca castrorum. Illi duodecim, qui missi sunt in Jordanem, videntur mihi typum habuisse Patriarcharum: illi vero, qui levati sunt de Jordane, figuram habuisse Apostolorum sic, & in Psalmo 4. legitur: **Pro Patribus nati sunt tibi filii.** S. Aug. f. 130. de temp.

**Duodecim panes propositionis** significabant duodecim Apostolos, vel doctrinam eorum: ipse etiam Christus significatur per altare holocaustorum. Sancti Thom. 1. 2. quaeft. 102. art. 4. ad 6.

**Equi Domini,** dicuntur Apostoli. S. Thom. in Apoc. 8. O rationabilium eorum certamen grande! id mirandum mysterium! **Rota inter rotam** currebat; novum Testamentum in veteri Testamento erat. - Currebat igitur equi (Apostoli) quia non dormiebat, qui ascenderat equos. Sancti Ambr. f. 4. in psal. 118.

**Equi Christi** convenienter intelliguntur Apostoli, qui formam doctrinae suae populis ostendebant. Innocentius de Sacrif. l. 2. c. 39.

**Filii Dei.** Licet omnes Sancti, & devota personae, dicuntur filii DEI, magis proprie, & super omnes, Apostoli dicuntur filii DEI. Ratio est illa: nam filioz divina comunicatur in homine ex vita spirituali, quae habetur per gratiam, & praesentiam Spiritus S. Vinc. Ferr. de SS. Philip. & Jacob.

**Filii Abraham.** Lapidet dixit, Judaei intelliguntur - de quibus filios Abraham resuscitavit, id est, Apostolos. Arnobius c. 2. in Luc.

**Filii Excessorum** sunt, id est, Prophetarum; qui in manu DEI tentos possit sunt, & tanquam sagitta exculsa pervenerunt usque ad fines terrae. S. Id. c. 32. in Gen.

**Filii Job** facturi convivia per domos ibant, cum praedicatoribus Apostoli in diversis Mundi regionibus virtutum epulas audientibus, quasi edentes ministrabant. Sancti Gregor. lib. 1. mor. c. 19.

**Frater Christi,** & per naturam assumptam, & per gratiam Vocationis ad Apostolatum. S. Thom. in pf. 21.

**Gigantes.** Hanc nimirum Apostolicus ille chorus loricae se induit sicut Gigas ad faciendam vindictam in nationibus. S. Bernard. f. 3. in Pent.

**Gressus Ecclesiae** vel veloces praedicationes Apostolorum; per quos in omnem terram Evangelium insonuit. S. Thom. in cap. 3. Cant.

**Horae duodecim.** Hujus diei (Christi) duodecim horae sunt duodecim Apostoli. Nonne ego vos duodecim elegi? Jo. 7. Sancti Thom. in 11. Joan. lect. 2.

**Montes.** Ecce in novissimo die hic mons filius Virginis hujus preparatus est in vertice montium, id est, elevatus est super Apostolos nostros. S. Ildefonsus lib. de Virginit. B. V. c. 4. & c. 6. **Erigitur ad Montes** id est, Apostolorum doctrinam. Arnobius c. 26. in Matth. Montes sunt Apostoli; qui merito virtutum Montes appellatur. S. Thom. in cap. 3. Cant. **Mons in ter maris** translatis repluit. Pf. 45. cum praedicatoribus Apostoli ad iudex perfrida repluit ad intellectum Gentilium venerunt. S. Greg. mor. l. 9. c. 2. **Tange montes & fumigabunt;** non de fumo, de fumo calcis, sed de fumo doctrinarum, & praedicationum. S. Vinc. Ferr. l. 2. de SS. Trinitate.

**Nauta.** Nos habentes pro nave Ecclesiam, pro gubernaculis crucem, pro gubernatore Christum, pro prora Patrem, pro vento Spiritum S. pro velo gratiam, pro nautis Apostolos, pro navigantibus Prophetas, pro mari vetus Testamentum, & novum; committimus nos pelagi profundo, ad persequendum in Scripturis Divinis margaritam latentem. Sancti Chrysol. de Cruce Dominica.

**Non Homines.** Per homines non intelligas Apostolos: quia nunquam Apostoli sic appellantur. S. Thom. in 11. Joan.

**Nubes** sunt. S. Aug. Praefat. ad 2. Expofit. pf. 29. Nubes idcirco appellantur: quia inundatione sermonis sui terram rigantes, fidei eam fructum DEO facere docuerunt. Arnob. in pf. 35. Apostoli dicuntur nubes 1. propter terrae fertilitatem, scilicet ex pluvia. Job 37. **Erumentum desiderat nubes.** 2. Propter luminis diffusionem. Job 37. **Qua lastrant caeli,** &c. 3. Propter Divinae Voluntatis impetionem. Job 37. **Quascunque volantes,** Or. S. Thom. in pf. 60.

**Oculi Christi.** Apostoli sunt; qui scientia lumen univervo corpori Ecclesiae praestant. Sancti Id. Id. Comm. cap. 11. in 13. Levit.

**Opera digitorum.** Mystice Apostolos opera digitorum (designant) tres digiti tres personae; quasi dicat opera totius Trinitatis, vel Spiritus S. S. Thom. in pf. 8.

**O Christi.** Cujus (Christi) Os Apostoli recte dicuntur. Rupert. Abb. Tuit. de div. offic. l. 8. c. 12.

**Offa Ecclesia.** Apostoli. S. Aug. Expof. 1. in pf. 21.

**Oves.** Discipulos dicit, quasi innocentes, & quasi absque malitia. Theophylactus apud Sancti Thom. in Cat. sup. 14. Marci.

**Patriarchae.** Apostoli sunt significati in Patriarchis. S. Thom. f. in Conv. S. Pauli.

**Patres.** Filii Ecclesiae primitiva sunt Apostoli. Filii dicuntur esse nati Ecclesiae, propter doctrinam Christi Sponfi ejus, & alii per doctrinam Apostolorum, & alii filii aliorum praedicationum. Et modo non est inconveniens, quod iidem sint filii & patres: quia Apostoli ipsi sunt Patres eorum, quos converterunt. 1. Cor. 4. **In Christo JESU ego vos genui.** S. Thom. in pf. 44.

**Paterfamilias.** Apostoli comparantur nomini Patrifamilias, profertenti de thesauro suo nova, & vetera. Haymo hom. in festo Virginis.

**Pigmentarii.** Genae illius sunt arcole aromatum confixa a pigmentariis Apostolis. S. Id. in Cant.

**Piscatores.** Illi Piscatores Apostoli, loco calami intendunt precationem, loco funiculi memoriam, loco hami-virtutes, & cetera loco miracula: piscantur è caelo debentes è petra piscari; naviculam debentes accipere recipienti altare; piscium loco venantur Reges; pio fagina Evangelium extendunt; loco maris vitam peragranti; artis vice ununtur gratia, irrertiunt cruce loco Sagene. Proculus Archi-Ep. Constans orat. de S. Andr. Apofl. Vide Bibl. PP. Parisiis 1654. tom. 15. pag. 813.

**Porta Ecclesia** sunt Apostoli. S. Thom. in c. 7. Cant.

**Præcones salutis,** ministri immortalitatis soleque, ac Luna, & stellis illustratioes. Hefychius orat. in S. Andr. Apofl.

**Primi Apostoli** sunt illi novissimi, qui primi facti sunt; quamvis undecima hora venerint. Id. ib.

**Principes.** Illi ergo Principes dicuntur, quia primi dona spiritus acceperunt. S. Th. in pf. 44.

**Psalterium.** Apostoli pleni vitalibus aquis. S. Id. in c. 11. Ex.

**Psalterium, & Cithara.** Apostoli, ex bona vita, & observantia decem praepertorum, dicuntur Psalterium. Dicuntur etiam Cithara ex praedicatione altissima, & acustissima. Sancti Vinc. Ferr. f. de Omn. SS.

**Rami** sunt Apostoli: ad quos si quis fe fortiter tenere voluerit, fluctibus saeculi minime mergitur. S. August. serm. 82. in App. Apostolos ex virtute Christi profertentes, & Mundum inumbrantes, in ramis intelligimus; in quos Gentes in spem vitae advolabunt; & ararum turbine, id est, diaboli spiritu, flatuque vexatae, tanquam in ramis arboris conquirent. S. Hilar. c. 13. in Marth. apud S. Thom.

**Reges.** S. Thom. Opusc. 14. de quarto praeperto c. 19. Id. in pf. 44.

**Sal terra** vocat eos Christus ad condiendum exemplo vitae. Id. in c. 5. Matth.

**Sagitta ignea** ad inflammanda corda credentium. S. Aug. in psal. 7.

**Scribae** propter scientiam nuncupant: ed quod intellexerint, quae ille nova, & vetera protulerit (in Evangelis, & Lege) Sancti Hilarius apud S. Th. in Cat. sup. 11. Marth. Vel Apostoli instructi Scribae dicuntur, quasi Notarii Saluatoris qui verba illius, & praeperta, signabant in tabulis cordis carnalibus, & quidquid in Evangelio praedicabant; Legis, & Prophetarum vocibus comprobantur. Sancti Hieronym. apud Sancti Thom. cit.

**Secta terra:** quia Apostoli fuerunt Protectores omnium populorum. S. Thom. in pf. 46.

**Sedes,** & thronus Dei sunt Apostoli. Id. pf. 121.

**Sigma Zodiaci** Apostolos dicit Corderius noster. Annot. sup. 10. epistolam S. Dionysii, esse.

**Sol.** Orbis oculi, Mundi lumina, Soles universi. Lobbet. Glor. Patr. de Sancti Francis. §. 3. Orbis Soles. Corderius ibidem.

**Stabularius.** Luc. 10. Apostoli sunt. Sancti Id. Id. in alleg. Stabularii typum gerunt Apostoli. Titus Boltrenf. in Luc. 10.

**Stella.** Sole, & Luna, & Stellis illustriores. Hefych. or. in S. Andr.

**Tabulae.** Quid per Tabulas, nisi Apostoli? quid per bases argenteeas, nisi Prophetae signantur? S. Id. cap. 46. in Ex. Columnae doctores sunt Sancti-tabulae Apostoli-tentoria Praeperti, & Praedicatores. Id. ib. c. 48.

**Thuribula.** Sunt quasi Thuribula, & vasa ignis Spiritus S. inferius clausa pro contemptum carnis, superius aperta, per desiderium supernorum. S. Thom. in 8. Apoc.

TITULUS XIII. AQUA.

**A**postoli tenebrosa aquam in nubibus agnis, idest, Apostolis elevatis a terra - & dicuntur Apostoli tenebrosa aqua in comparatione ad fulgorem, idest, Christum. S. Thom. in psalm. 17.

**B**aptismus. Lagenam aquae portat (Marci 14.) qui baptizatus est. S. Thom. in Car. sup. 14. Marci. Nuptie conjunctio Christi, & Ecclesiae est; hydrae autem sex lapides Ecclesias super petram fundatas demonstrant: aqua plene, idest, Baptismi gratia Arnobius in 2. Joann. Lignum, & aqua, Crucem designat, & baptisma: sicut enim ille (Noe) cum suis per lignum, & aquam salvatur; sic familia Christi per Baptismum, & Crucis Passionem sanatur. S. Idior. cap. 7. in Gen. Hic adest Elifeus cum ligno ad querendam securum, quae in imo demersa est, & natavit ad lignum. 4. Reg. 6. id est, Genus humanum, quod a ligno venito in Infernum decidit: sed per lignum Crucis Christi, & per Baptismum aquae, ad paradisum natavit. S. Hieron. apud S. Thom. in Car. sup. 15. Marci.

**Benedicta** expellit daemones a corporibus, sicut aqua calida canes de coquina. Sanct. Vinc. Ferr. ser. 9. de Aqua benedicta.

**Consolatio essentiam Aquas**, idest, consolationes. S. Thom. in 44. Il.

**Divitis**. affluentia divitiarum recte aquae comparatur, propter defluxum celestem. S. Thom. in 16. Apoc.

**Gratia Dei**. Aqua refectiois, idest, Divina Gratia. S. Jo. Damasc. orat. 1. de dormit. B. V. Gratiam ergo Spiritus S. dixit aquam vivam, idest, vivificativam, refrigerativam, & innovativam. Theophylactus apud S. Thom. sup. 4. Joan.

TITULUS XIV.

### AVARITIA, AVARUS.

**A**ccipiter, milvus, aquila, significat raptores. S. Idior. c. 9. in Levit.

**Amphora**. Zach. 5. Avaritia est, quae os cordis in ambitu apertum tenet. S. Greg. mor. 1. 14. c. 27.

**Apothema**. Avarus similis est Apothemati, quod est proximum cordi. S. Bonav. diet. Sal. tit. 1. c. 6.

**Aqua**. Nota super illo: cum transferis per aquas, tecum ero; quia DEUS liberat ab aquis cupiditatis. Ex. 15. *submersi sunt, quasi plumbum in aquis vehementibus*; in quibus suffocantur per avaritiam. S. Th. in 43. Il.

**Araneae tela**. Of. 8. Infirmitatem temporarium significat: multo enim labore textitur, facile destruitur; sicut temporalia. Unde avari sunt araneae diaboli; (foris ponunt, intus eviscerant) S. Bonav. ser. 3. in Sexages.

**Arbor**. Sicut arborum a stipite late sese explicant radices; ad eundem modum imagine non minus propria auri, & argenti. S. Asterius Ep. Anatasc. hom. adv. avarit.

**Aridam manus**. Aridam quod dixit matrem, instructuosi hominis offendit personam. Proinde Dominus dixit ad illum: extende manus tuas (ad elemosynam.) Arnobius in c. 26. Matth. Significat avaros, qui valentes dare, volunt accipere, pradari, & non largiri: quibus dicitur, ut extendant manus suas. Sanct. Hieron. apud Sanct. Thom. in Car. sup. 3. Marci.

**Aetna**. Ad Aetnae similitudinem habet se avaritia, & cupiditas hominum. Sanct. Thom. in lib. 2. de Conf. Boet. in metr. 8.

**Avis rapax**. Sicut aves rapaces volat non congregatim, sed solitari: sic avarus - unus est; secundum non habet. Eccl. 4. *Va solus*. S. Bonav. diet. Sal. tit. 1. c. 6.

**Canis**, & radix omnium malorum, plus habendi cupiditas. S. Asterius cit. Radix omnium malorum. S. Gregor. mor. 1. 20. c. 10.

**Camelus**. In quibus mysticè divites ad fidem conversi, qui & onus divitiarum projecerunt gibbum peccati. S. Thom. in 60. Il.

**Canis**. Est sicut canis avarus. S. Bonav. diet. Sal. tit. 1. c. 6. Usurarius similis est cani rabido; qui extens domum mordeat quoscumque reperit: ita usurarius ab omnibus uturas exigit. S. Vinc. Ferr. f. 2. de Avarit.

**Circumforanea**. Relinquit avaritiam, illam circumforaneam, illam Moenada-turpem meretriculam. S. Asterius cit.

**Cursus illius**. Avaritia in curru vehitur; et ejus sunt quatuor rotæ: scilicet inhumanitas, pusillanimitas, contemptus Dei, oblivio mortis. Duo sunt equi; scilicet tenacitas, & rapacitas. Auriga, est amor habendi. De hoc curru dicitur. Il. 5. *Va, qui trahitis*. S. C. Bonav. in pl. 19.

**Dypsa**, quæ mordendo facit homines fire usque ad mortem significat; avaritiam; qua usque ad mortem statur pecunia. S. Bonav. f. 3. D. 1. Quadr.

**Equus diaboli**. Omnes, qui avaritiae deserviunt, quasi equi quidam sub curru Pharaonis, id est, sub regimine diaboli sunt: omnis verò, qui - in charitate fervet, equus effectus est Creatoris nostri. S. Thom. in 1. Cant.

**Febribus hilitas**, quæ est Avaritia; quæ difficilis, vel nungquam curatur. S. Thom. f. 2. D. 21. Pent.

**Filia avaritia** sunt duodecim: usura, rapina, latrocinium, tallia injusta, fraus negotiorum, deceptio advocatorum, acceptio munerum, simonia pro promotione consanguineorum; peccata Anachoritarum, idest, illorum, qui promovunt favore, & potentia principum, fraus mercatorum, avaritia scientiae, & iniquitas laborum. Illa duodecim figurantur per duodecim duces, quos Ismael generavit. Ismael enim erat idololatra; & figurat avaritiam. Gen. 17. & Eph. 5. S. Bonav. diet. Sal. tit. 1. c. 6.

**Forma**. Nolite conformari huic saeculo; sed reformamini Rom. 12. Sciendum, quod triplex est forma saeculi. 1. Est terrenorum cupiditas. 2. Carnalis concupiscentia. 3. Vite superbia. De his tribus. 1. Joan. 2. *Omne, quod est in Mundo, et Sciendum, quod illa triplex forma dat triplex esse: quia prima forma dat esse terrenum; secunda animale; tertia diabolicum*. Avaritia facit hominem terrenum, concupiscentia carnis animale, superbia etiam similem facit diabolo. S. Thom. f. 1. Dom. infra Octav. Epiphan.

**Fomes**, & caput, iniquitatis est Avaritia. Sanct. Ambrosius in pl. 61.

**Flumen**. Flumina in mare currunt, & cupidi labuntur in saeculum. S. Aug. in pl. 33.

**Gallina**. Avarus similis est Gallinae: nam Gallina naturaliter furda est in Augusto, vel æstate: sic avarus in æstate, idest, in statu meriti. Sanct. Bonavent. diet. Sal. tit. 1. cap. 6.

**Hedera**. Avaritia similis est hederæ. S. Asterius cit.

**Hydrops**. Avarus comparatur hydropico. Sanct. Bonav. cit. Quia facit hominem, quanto plus bibit, tanto plus sitire; & per hoc significat avaritiam. Sanct. Thom. f. 2. D. 17. Pent. Hydropis avaritiam significat. S. Bonavent. diet. Sal. tit. 1. c. 1. Hydropis quod amplius bibere, amplius sitire: & omnis avarus ex potu, seu peccato, sitim multiplicat. S. Greg. mor. 1. 14. c. 5.

**Idololatria**. Avaritiam vera voce veritatis ille præco Paulus idololatriam appellat. S. Asterius cit. vide superius *Filia Avaritiae*. Sicut idololatria servit simulacro, sic avarus thesauro. S. Innoc. III. de contemptu Mundi l. 2. c. 12.

**Inaqualitatis Mater**, immitericors, inhumana, crudelis. Id. ibidem.

**Infernus**. De Avaro dicitur: dilatavit quasi infernus animam suam. Abac. 2. S. Bonavent. diet. Sal. tit. 1. c. 6. Avarus, & Infernus, uterque comedit, & non digerit; recipit, & non reddit. Innoc. III. l. 2. c. 6.

**Ismael** erat idololatra; & figurat avarum. Id. ib.

**Igni inextinguibilis**, cupiditas insatiabilis. S. Innoc. III. l. 2. de Mundi contemptu c. 6.

**Lagena**. De Avaro dicitur. If. 30. *Comminetur, seu conteratur lagena figuli*. S. Bonav. ante cit.

**Lapis**. Avarus est de lapide durus, & frigidus; nullam habens pietatem de proximo indigente. De Avaro Job 12. *Carnes suas quasi lapidi*. Avari ergo moriuntur lapidati, tot lapidibus precutiuntur, quot sunt modi avaritiae. Primus est rapina, secundus simonia. S. Vinc. Ferr. Ser. 1. de invent. S. Cruc.

**Lepus**, est aviditas pecuniae. S. Asterius hom. 8. de am. pec.

**Malitia**. Quid miserius avaro? quis enim mentis compositum hujusmodi hominibus conversabitur? Nam, mea quidem sententia, cum mille daemoniis habitandum potius esset, quam cum uno, qui hoc morbo laborat. Illi multas domos evertunt - communis aerumna civitatum, atque orbis totius sunt. Daemonibus autem exagitati lacrymas ita movent, ut eorum facillè misericordiam: & isti non sentiant plerumque quod agunt; illi præmeditati omnia faciunt in mediis urbibus bacchantes, ac novam infanientes insaniam. Quando enim omnes simul daemoniaci tantum facinorosis committent, quam Judæus solus commisit? qui ad extremam iniquitatem dejectus est; pariterque omnes, qui illum imitantur, quasi ferae è caveis solute, urbes nullo resistente, perturbant, ac lacerant. Et vincula quidem etiam his undique circumdata sunt, judicium timor, legum terror, vulgi condemnatio, &c. sed his ruptis omnia perturbant. - Fingite videre tetrum quandam hominem, qui ab oculis ignem emittat; qui eum utroque humero dracones pro manibus dependant; ejus os cavernæ insular magnitudinis sit; in quo pro dentibus acuti enses sunt; loco linguæ autem fons fit ebulliens venenum, & lethalia pharmaca. Venter omni fornace fit voracior, cuncta, quæ immittuntur, subito consumens. Pedes alati, flamma quoque ipsa vehementiores; facies canis, ac lupi simul offendit; nec hominis vocem emittit, sed insuave quiddam, ac terribile mugiat: is ad hæc omnia, facies argentes in manibus

tenet. Horrenda hæc nobis forsitan videntur; sed non dum digne ipsius efficiem expressimus: sequi etiam debent horum instrumentorum affectus. Itaque imaginemur, eum obviam factos jugulare; carnes eorum lacerare, ac devorare. Sed quid facio? Nam, & hoc descriptio multo truculentior avarus, in omnes, ut mors, insiliens; omnes, ut Infernus, deglutiens; communis generis hominum hostis; quippe qui vellet nullum hominem esse, ut omnia possideret. Neque tamen hic sistit gradum: sed cum omnes perdidit cupiditate sua, etiam terre substantiam cupit abolere, ac aurum ipsam factam juvaret aspicere; nec solam terram, sed montes, & sylvas, & fontes, & breviter, quidquid in rerum natura extat. S. Joan. Chrysost. in 29. Matth.

**Mansueti**, & Ephraim signant avarum. S. Bonav. diet. Sal. tit. 1. c. 6.

**Mare**. Comparatur avaritia mari mortuo, ac Inferno de avaro dicitur: Dilatavit quasi infernus animam suam. Abac. 2. Id. ib. Alij per mare, quod est sonorosum, intelligent avaritiam. S. Thom. in metr. 4. libri 1. de consol. Boet. Mundus dicitur mare ratione capacitatis, quantum ad avaritiam. S. Thom. in 8. Apoc.

**Mater vitiorum**. Tu compeles terram homicidis, mare piratis, urbes turbis, &c. Omnium autem eorum causa, ac radix, habendi cupiditas. Asterius cit.

**Navis**. Tharsis vocatur totum mare Mundi: per naves, quæ ad negotiandum vadunt, signatur cupiditas. Et sicut naves fluctuant in mari, ita divites fluctuant in rebus Mundi. Sed quando convertitur homo ad poenitentiam, tunc naves; id est, cupiditates hujus Mundi conteruntur. S. Thom. Exposit. in pl. 47.

**Nequitia**. Avaritia dicitur nequitia, quia vult, quod nequit. Id. Ser. 1. in festo Resur.

**Palatium**, est avarus propter multa. Id. Ser. 1. D. 2. post Epiph.

**Pix perforata**. Similis est avarus nuxumi perforate superius: quæ recipit pecuniam, quam nunquam potest reddere, nisi frangatur. - De avaro dicitur If. 30. *Comminetur, seu conteratur lagena figuli*. S. Bonav. diet. Sal. tit. 1. c. 6.

**Piscis maris**. Intuere etiam pisces maris hoc est, curiosos; qui perambulante semitas maris; id est, inquirent in profundum hujus saeculi temporalia; quæ tamquam semite in mari evanescunt. S. Aug. in pl. 8.

**Porcus**. Avaritia comparatur porco; qui nihil valet, quando vivit: sic avarus; quia non vult elemosynam dare. S. Vinc. Ferr. de propter, & comparat. vitiis. c. 2. Porcus nihil valet, cum vivit; sed quando moritur, valere incipit. S. Bonav. cit.

**Possessores Avari**. Diaboli habent animam, vermes corpus, amici divites. Id. ib.

**Præca mortis**. Præca cupiditates sunt porte mortis: quia per illas itur ad mortem. S. Aug. in pl. 8.

**Rota melandini** similis est avarus. S. Bonav. ib.

**Sterquilinum**. Comparatur sterquilino: quia sicut sterquilinum congregatum corrumpitur, & foetet; dispersum verò facit agros fructificare. S. Bonav. ib.

**Servus**. Avaritia facit hominem servum - ideo pl. 75. *Viridivianum*, non virorum divitiæ. Id. ib.

**Stultus**. Avaritia facit hominem stultum. - Ideo dicitur de Avaro Luc. 12. *Stultus; hæc nolle*. S. Id. ib.

**Talpa**. Avarus similis est talpæ. Id. ib.

**Tantalus**. Sicut in undis; avarus eget in opibus. Innoc. III. l. 2. de cont. Mundi c. 6.

**Tinea** est Avaritia. Arnobius c. 6. in Matth.

**Vesuvius**. Per ignem Vesuvij montis designantur Avari. S. Thom. in prof. 3. libri 1. de Conf. Phil. Boet.

**Viscus**. Cupiditas est viscum. S. Aug. in pl. 138. Obligata anima amore terreno quasi viscum habet in pennis. Id. in pl. 121.

**Vitulus aureus**. Of. 8. Amorem pecuniae significat; quæ est idolum avarorum. S. Bonav. Ser. 3. in Sexages.

Varia alia de Avaritia.

**Ahor noxia**. Avaritia sicut arbor noxia feralibus radicibus nexa solvit, & dissipat monumenta majorum. S. Chrylog. Ser. 162.

**Canis** in veteri Testamento non offerrebat; quia significat rapacitatem, de qua non potest fieri oblatio. S. Thom. 2. 2. q. 86. a. 3. ad 2.

**Cervus**. Cum cervus est antiquatus, induratur pellis, cornua cresunt, & non potest comedere: & naturaliter comedit unam herbam venenatam; postea æstuans renovatur ad fontem. Cervus significat avarum; duo cornua avari sunt usura, & rapina: quælibet habet plura cornula, scilicet plures species usurae, & rapinae - si tales volunt renovari, oportet comedere de herba, ut cervus, venenata; de qua David ps. 9. *Convertantur peccatores in Infernum*; cogitando acerbiterm penarum. S. Vinc. Ferr. Ser. c. D. 10. Pent.

**Cubana** Job 21. Significat avaritiam, propter suam vacuitatem, & siccitatem. Id. Ser. 3. in Quinquag.

**Ebrietas insatiabilis** est avaritia. Et sicut ebrius, quanto plus vini ingurgitant, tanto magis ad sitim inflammantur: sic & isti quoque insaniam hanc indomitam numquam sistere possunt; sed quanto magis suas opes augeri vident, tanto & concupiscentia magis flagrant. S. Chryl. hom. 22. in Gen.

**Inus**, Job 41. Avarus stringitur quasi malleatoris incus: quem licet faber percussit, tamen non emollitur: sic nec avarus, licet admonetur. S. Vinc. Ferr. Ser. 4. D. 7. Pent.

**Radix juniperi**. Quid per radicem juniperi, nisi avaritia designatur? Job 30. ex qua peccatorum omnium spinitur oriuntur. S. Greg. mor. 1. 20. c. 10.

**Serpens**. Persona avara est Serpens incedens tortuose, propter fallacias, & falsitates, & falsa iuramenta, quæ facit ex cupiditate. Id. ib.

TITULUS XV. S. AUGUSTINUS.

**A**byssus Sapientiae vocatur a Possidio in epist. ad Maced. Angelis par ab eodem ib.

**Animam Mundi**. Lobbetius Glor. Patr. q. 1. de S. August.

**Apostolis** par in predicatione. Possid. ib.

**Angus** dicitur est Augustinum abaugendo. Lobbet. q. 2.

**Cherubin**. Quem in caelis non Angelum, sed Cherubim, sed & Seraphinum, appello. Lobbetius cit. de S. Norberto q. unica §. 7.

**Celestis homo**. Possid. cit.

**Columna veritatis**: Columna nubis, in quo thronum suum posuit Sapientia DEI. Rupertus l. 7. de operib. S. Spir. c. 19.

**Conditor antiquæ fidei**. Catholici te conditorem antiquæ turfum fidei venerantur; & quod signum majoris glorie est; omnes hæretici detestantur. S. Hieronym. ep. 26. ad August.

**Doctor doctorum**. Est inter Doctores facile princeps; in te sanctos doctissimus, inter doctos sanctissimus - profundus Doctor. Lobbet. in Prooemio de S. Aug. Est inter Doctores, quod Sol inter planetas - Doctor Doctorum. Remigius Antiodorensis in 2. ad Corinth. Lux Doctorum. Lob. cit.

**Firmamentum Ecclesie**. Lobbet. de S. Aug. q. 2. §. 3.

**Gloria Africa**, magnus Divorum parens. Id. ib. in Prooem.

**Imago Divinitatis**. Possid. cit.

**Lingua Ecclesie**. Boetius Carmelia Opusc. de viris illustrib. c. 11.

**Lucerna Ecclesie**. S. Paulinus ep. 31.

**Malleus hæreticorum**. Lobbet. cit.

**Officina Altissimorum** de Trinitate & sensuum, & affectum. Lobbet. cit.

**Pater Patrum**. Possid. cit.

**Par Angelis** in fervore; par Prophetis in præconditorum mysteriorum revelatione; par Apostolis in predicatione. Possid. cit.

**Sal orbis universi**. Lobbet. q. 1. de S. Aug.

**Yena fontis aeterni**. S. Paulinus ep. 31.

Re P. Andrea Späner